FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Brief von August John an August Hermann Francke.

### John, August

### Berlin, 03.10.1720

### Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 33

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238119

Visual Library

1H C 209

Berolini, Octobr. III.
CIƆIƆCCXX.

33

VIR summe Reverende,
Parens atque Praeceptor ex animo colende,

Significo, hactenus, adjuvante Deo, in opere mihi credito me perrexisse. Alumnus meus heri praesente Dn. Bossardo, Ministro Ecclesiae, quae ante portam Koepenicensem est, veteri in aedibus nostris amico, examinatus, ita stetit, ut Dn. Bossardus testatus sit, illum haut parvos progressus fecisse. Quicquid illud est, inficias nunquam ibo, illum in studiis progredi, et, si DEUS voluerit, progressurum esse. Hoc enim jam re ipsa animadverti. Utinam vero DEUS ὁ φιλάνθρωπος animum tam tenerum mihi conciliet, nec mihi modo, (hoc enim solum ne desidero quidem) sed JESU Christo, ne venientibus his annis, qui nunc imminent, et onerosior suis, et libertatis pestiferae cupidior evadat. Utinam et hi, qui mihi crediderunt illum, tremendum hoc negotium ita perspiciant, ut ipsi judicent, rem meam non levi penicillo confici posse,

se, sed opus esse seriis curis, remediisque, quae
conscientia adhiberi vult: quae ipsa hic initia
esse debere animadverto, sed illa tamen gra-
vitate temperata, ut ne noceant. Animadver-
ti, matrem et aviam motam esse testimonio Dn.
Bossardi de profectibus filii. An ea res amabi-
liorem me redditura sit, ignoro. testimonium
certe erit, istis viis, quas ingressus sum, ad finem
nobis propositum perveniri posse: quas quidem
deserere magis etiam periculosum foret, quam
persequi. Animus enim alumni non patitur
hominis meticulosi indulgentiam. Quid igitur
aliud optandum, quam ut divinitus exor-
ner fructibus Spiritus, quo fides et amor, ju-
staque et severitas et mansuetudo, dignaque Do-
mini servo cum παῤῥησία, tum humilitas
in rebus meis gerendis conspiciantur. Qua gra-
tia ut potiar, rogabis Dominum, et amabis

Vir summe Reverende,

Dem Hn. Neubauer habe zugleich
10 Rthlr übergeschicket, um damit
den Anfang zu machen, das mir
so liebreich vorgeschossene Geld
zu erstatten. Gott wird helfen, daß
künftig noch mehr nachschicken kann.

Tuum
omni cultu et
amore
Augustum Joh.

A Monsieur

Monsieur le Profes-
seur Franck

à

Halle.

Hierbey waren 10 Rthl
die noch bey mir liegen
geblieben.

Franckesche Stiftungen zu Halle
DFG